Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

Langton, Stephen

Frankreich (?), [13. Jh.]

Das Buch Nahum

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

implicant aperiemus. Qua causa moueatur propheta spiritu dei plenus urbem dei annuntians [illegible] Deus zelans et ulciscens dominus. Iam cum x tribus assiriis ducte fuerant in captivitatem sub ezechia rege iuda sub quo [illegible] quartodecimo [illegible] ad [illegible] Niniven visio certior. Haec ergo pia consolatio tam his qui assiriis serviebant quam reliquis sub ezechia de tribu iuda et beniamin ab eisdem hostibus obsidebantur ut audirent assirios quoque chaldeis esse capiendos sicut in consequentibus libri huius demonstrabimus. Sciendum quoque niniven nostra lingua speciosa sonare speciosus autem [illegible] dicitur et [illegible] cos [illegible]. abominatur niniven accepto quoque nunc adversus niniven videtur de mundo figuraliter predicatum. Quod vero [illegible] et assumptio [illegible] hebreo massa ponitur et que omnis est [illegible] adversus [illegible] pondus nec liceat elevare cervicem. Similiter hoc attendit quod hic ipsa vel assumptio vel onus vel pondus prophetie sit. Non enim loquitur [illegible] mentatis et [illegible] deliberatur [illegible] prophetatur liber visionis intelligens [illegible] quod loquitur et pondus hostium faciens sua visione. De consummatione [illegible] ninive secunda in desolatione secundum prophetia [illegible] ut quicumque in mundo viderit que presentia et caduca contempnant [illegible] [illegible] tios [illegible] est dei. **Item alius prologus.**

Naum consolator urbis interpretatur Ninive. Sanguinum et post eversionem illius loquitur. Ecce super montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem.

Onus Nineve. Liber visionis Naum Helcesei. Deus emulator et ulciscens dominus, ulciscens dominus et habens furorem, ulciscens dominus in hostes suos et irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens et magnus fortitudine et mundans non faciet innocentem. Dominus in tempestate et turbine vie eius et nebule pulvis pedum eius. Increpans mare et exsiccans illud et omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basan et Carmelus et flos Libani elanguit. Montes commoti sunt ab eo et colles desolati sunt, et contremuit terra a facie eius et orbis et omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis stabit et quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est ut ignis et petre dissolute sunt ab eo. Bonus dominus et confortans in die tribulationis et sciens sperantes in se. Et in diluvio pretereunte consummationem faciet loci eius et inimicos eius persequentur tenebre. Quid cogitatis contra dominum? Consummationem ipse faciet; non consurget duplex tribulatio. Quia sicut spine se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium; consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra dominum malitiam, mente pertractans prevaricationem. Hec dicit dominus: Si perfecti fuerint et ita plures, sic quoque attondentur et pertransibit. Afflixi te et non affligam te ultra. Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo et vincula tua disrumpam. Et precipiet super te dominus: non seminabitur ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiam sculptile et conflatile; ponam sepulcrum tuum quia inhonoratus es. II Ecce super montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem. Celebra Iuda festivitates tuas et redde vota tua, quia non adiciet ultra ut pertranseat in te belial; universus interiit. Ascendit qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionem. Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde. Quia reddidit dominus superbiam Iacob sicut superbiam Israel, quia vastatores dissipaverunt eos et propagines eorum corruperunt. Clipeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis, igne habene currus in die preparationis eius, et agitatores consopiti sunt. In itineribus conturbati sunt, quadrige collise sunt in plateis; aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis; velociter ascendent muros eius et preparabitur umbraculum. Porte fluviorum aperte sunt et templum ad solum dirutum. Et miles captivus abductus est et ancille eius minabantur gementes ut columbe, murmurantes in cordibus suis. Et Ninive quasi piscina aquarum aque eius; ipsi vero fugerunt. State, state, et non est qui revertatur. Diripite argentum, diripite aurum, et non est finis divitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. Dissipata est et scissa et dilacerata, et cor tabescens et dissolutio geniculorum et defectio in cunctis renibus, et facies omnium sicut nigredo olle. Ubi est habitaculum leonum ad quam ivit leo ut ingrederetur illuc catulus leonis, et non est qui exterreat? Leo cepit sufficienter catulis suis et necavit leenis suis, et implevit preda speluncas suas et cubile suum ra-

pessima. Ecce ego ad te dicit dominus exercituum et suc-
cendam usque ad fumum quadrigas tuas et leunculos
tuos comedet gladius et exterminabo de terra
predam tuam et non audietur ultra vox nuntiorum
III tuorum. Ve civitas sanguinum universa
mendacii dilaceratione plena non recedet a te
rapina. Vox flagelli et vox impetus rote et equi
frementis et quadrige ferventis et equitis ascen-
dentis et micantis gladii et fulgurantis
haste et multitudinis interfecte et gravis ruine.
Nec est finis cadaverum et corruent in corporibus
suis propter multitudinem fornicationum
meretricis speciose et grate et habentis maleficia que
vendidit gentes in fornicationibus suis et familias
suas in maleficiis suis. Ecce ego ad te dicit dominus exerci-
tuum et revelabo pudenda tua in facie tua et
ostendam gentibus nuditatem tuam et regnis
ignominiam tuam et proiciam super te abomina-
tiones et contumeliis te afficiam et ponam te in
exemplum. Et erit omnis qui viderit te resiliet a te
et dicet vastata est Ninive quis commovebit
super te caput? Unde queram consolatorem tibi? Numquid
melior es ab Alexandria populorum que
habitat in fluminibus aqua in circuitu eius cuius di-
vitie mare aque muri eius. Ethiopia fortitudo
eius et Egyptus et non est finis Africa et Lybies
fuerunt in auxilio eius. Sed et ipsa in transmigratione
ducta est in captivitatem parvuli eius elisi sunt
in capite omnium viarum et super inclitos eius mise-
runt sortem et omnes optimates eius confixi sunt
in compedibus. Et tu ergo inebriaberis et eris despecta et
tu queres auxilium ab inimico. Omnes munitio-
nes tue sicut ficus cum grossis suis si concusse
fuerint cadent in os comedentis. Ecce populus
tuus mulieres in medio tui. Inimicis tuis ad
apertionem pandentur porte terre tue devorabit
ignis vectes tuos. Aquam propter obsidionem hauri
tibi extrue munitiones tuas intra in lutum
et calca subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis
peribis gladio devorabit te ut bruchus. Congrega-
re ut bruchus multiplicare ut locusta. Plures
fecisti negotiationes tuas quam stelle sunt celi.
Bruchus expansus est et avolavit. Custodes tui
quasi locuste et parvuli tui quasi locuste locustarum que
consident in sepibus in die frigoris. Sol ortus
est et avolaverunt et non est cognitus locus
eorum ubi fuerint. Dormitaverunt pastores tui
rex Assur sepelientur principes tui. Latitavit
populus tuus in montibus et non est qui congreget.
Non est obscura contritio tua pessima est plaga
tua. Omnes qui audierunt auditionem tuam con-
presserunt manum super te quia super quem non
transiit malitia tua semper. Prologus

Quatuor prophete in duodecim prophetarum volumine
sunt et quibus vel in principio tempora vel
pondus titulum habent: Naum, Abacuc, Ma-
lachias. Porro Zacharias in medio et circa
finem huiusmodi ponit titulos ex quibus
unus est. Onus ubi dicitur in terra Adrach et Dam-
asci requies eius. Alter vero sic: Onus ubi
dicitur super Israel. De Naum [illegible] iam liber-
alius et de Zacharia et Malachia si vita co-
mes fuerit dissereremus. Nunc Abacuc breviter
[illegible] qui ut ex eo quam ab his [illegible] est
vocatur amplexatio vel quia in certamen et luctam
et ut ita dicam complexum est deo congreditur
amplexantis i. luctantis sortitus est nomen.
Nullus enim tam audaci voce ausus est
deum ad disceptationem iustitie provocare et
dicere ei. Cur in rebus humanis et mundi hu-
ius pompa tanta rerum versatur iniquitas? Voci-
ferabor ad te vim patiens et non salvabis. Quare
te ostendisti michi iniquitatem et laborem vide-
re. Lacerata est lex et non pervenit usque ad finem iudici-
um. Quia impius prevalet adversus iustum
ideo egreditur iudicium perversum. Vide
quanta temeritas vox sit et quo dicam blasphemie
creatorem suum ad iudicium provocare et vas
figuli adversus figulum cur tale vel tale
factum sit disputare. Hoc et hoc ac ad
[illegible] quia assumptio vel persona que gra-
via iam esse [illegible]
non tam digna persona intelligit quod videt
nec in amentes loquitur in more infantium
tum feminarum dat sine mente sonum.
Unde et apostolus videt ut si prophetantibus aliis fuerit
revelatum taceant qui prius loquebantur.
Et statim subiungit. Non est enim
dissensionis deus sed pacis ex quo intelli-
gitur quia ex voluntate retinet et alii
locum dat adloquendum posse et loqui
et tacere cum velit. Qui autem insanit et in-
vitus loquitur nec loqui nec tacere potest. Illud
quoque disce quia semel ante volentes [illegible]
ut quasi gradus quosdam et scalas ad al-
tiora venienti hystoriam et interpretem prophetiam
contra Babylonem et Nabuchodonosor regem
Caldeorum ut quod in priore propheta Naum quem
Abacuc sequitur [illegible] hunc contra
Assyrios et Niniven quia vastaverunt
ex tribus que vocantur Israel. Ita Abacuch prophetiam
habet adversus Babylonem et Nabuchodonosor a quibus